

Parodia in Hymnum, Dies iræ
dies illa &c. Leodio missa.

Dies ira dies illa
Solvat foedus in favilla
Teste Tago, Scaldi, Scylla,
Quantus tremor est futurus,
Dum Philippus est venturus,
Has paludes aggressurus.
Tuba mirum spargens sonum
Per unita regionum
Coget omnes ante thronum.
Mars stupebit & Bellona,
Dum Rex dicet, redde bona,
Posthac vives sub Corona.
Miles scriptus adducetur,
Cum quo Gallus unietur,
Unde Leo subjugetur,
Hic Rex ergo cum sedebit,
Vera fides refulgebit,
Nil Calvino remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus,
Quem Patronum rogaturus,
Cum nec Anglus sit securus.
Rex invictæ potestatis
Depressisti nostros (*) fatis;
Si cadendum, cedo fatis.

Posthac

(*) Hugonotos Gallia.

Altera Editio à mendis castigata
& Leodium remissa.

Dies læta dies illa
Teget foedus à favilla
A Charybdi & à Scylla.
Quantus plausus est futurus,
Dum Wilhelmus est venturus,
Has paludes tuiturus.
Tuba mirum spargens sonum
Per Hispana regionum
Coget omnes ante thronum.
Marti stupor & Bellonæ,
Dum Rex dicet, Flandre bone,
Posthac vives sub Leone.
Miles scriptus adducetur,
Cum quo Cæsar unietur,
Unde Flandrus subjugetur.
Hic Rex ergo cum sedebit,
Vera fides refulgebit,
Nil Romano remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus,
Quem Patronum rogaturus,
Cum nec Gallus sit securus.
Rex invictæ potestatis
Depressisti nostros (*) fatis;
Si cadendum, cedo fatis.

Posthac

(*) Rebelles Pontificios Hybernia.

7219

Posthac colam Romam piè,
 Esse nolo causa viæ,
 Ne me perdas illa die.
 Pro Leone multa passus,
 Ut hic staret. (*) eras lassus.
 Tantus labor non sit cassus.
 Magne rector liliorum,
 Amor, timor populorum,
 Parce terris Batavorum.
 Ingemisco tanquam reus,
 Culpa rubet vultus meus,
 Cadam nisi juvet Deus.
 Dum Iberum domuisti,
 Lusitanum erexisti,
 Mihi quoque spem dedisti.
 Preces meæ non sunt dignæ,
 Sed Rex magne fac benignè,
 Ne bomborum cremer igne.
 Inter tuos locum præsta,
 Ut Romana colam festa
 Et ut tua canam gesta.
 Confutatis Calvi brutis,
 Patre, (**) nato, restitutis,
 Redde mihi spem salutis.
 Oro supplex & acclinis,
 Calvinismus fiat cinis,
 Lacrymarum ut sit finis.

(*) Cum Gallia Batavos olim juvaret.

(**) Jacobo Rege.

Posthac colam Deum piè,
 Esse nolo causa viæ,
 Ne me perdas illa die.
 Pro Hispano multa passus,
 Ut hic staret (+) nunc es lassus.
 Tantus labor non sit cassus.
 Magne Rector Britannorum,
 Amor, Timor populorum,
 Parce terris Hispanorum.
 Ingemisco tanquam reus,
 Culpa rubet vultus meus,
 Cadam nisi juvet Deus.
 Dum Hybernum domuisti,
 Anglum, Scotum erexisti,
 Mihi quoque spem dedisti.
 Preces meæ non sunt dignæ,
 Sed Rex magne fac benignè,
 Ne bomborum cremer igne,
 Inter belgas locum præsta,
 Ut Romana linguam festa
 Et ut tua canam gesta.
 Confutatis Papæ brutis,
 Lege, fide substitutis
 Redde mihi spem salutis.
 Oro supplex & acclinis,
 Persecutor fiat cinis,
 Lacrymarum ut sit finis.

(+) Cum Anglia Hispanos ante paucos annos juvaret.



1701, Jan.

Calz 327.

Parodia in Hymnum: Dies ira dies illa, or
Troadio missa ~~januar 1701~~ sub tit.
NAENIA BATAVORUM 53

Dies ira dies illa

Solvet ^{*}foedus in favilla

Teste Tago, Scaldi, Scylla.

Quantus tremor est futurus,
dum Philippus est venturus,
has paludes aggressurus.

Tuba mirum spargens sonum
per unita regionum,
coget ~~omnes~~ omnes ante thronum.

Mars stupebit et Bellona,
dum Rex dices, redde bona,
posthas vires sub corona.

Miles scriptus adducetur
cum quo Gallus unietur,
unde Leo subjugetur.

Hic Rex ergo cum sedebit,
Vera fides refulgebit,
nil Calvino remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus,
quem patronum rogaturus,
cum nec Anglus sit securus.

Rex ^{*}invicta potestatis,
depressi ^{*}nostros satis;
si cadendum cedo fatis

Posthas colam Romanam pie,
esse nolo causa pia,
ne me perdas illa die.

* le partage

* Rex Gallia
* Hugonotos

121

Pro Leone multa passus,
 ut hic staret, eras lassus,
 tantus labor non fit cassus.
 Mayne restor libellum,
 amor timor populorum,
 .. parce terris Bata vorum
 Ingemisco tanquam reus
 Culpa rubet vultus meus,
 Cadam, nisi iuvet Deus.
 Dum Iberum domuisti,
 Lusitanum erepisti,
 mihi quoque spem dedisti.
 preces mea non sunt dignae
 Sed deo mayne fac benignae
 Ne bomborum cremer igne
 inter tuos locum prosta
 ut Romana colam festa
 Et ut tua canam gesta
 Confutatis calvi brutis.
 patre* nato, restituis
 redde mihi spem salutis
 Oro supplex et acclinis,
 Caliginis fiat cinis,
 lacrymarum ut sit finis

* jacobus Argo et
 principe Walliae

Col. 323. [1700. Chronost. auf Peter M.]

bis D	1000
quingies C	500
ter L	150
no. 15 V	45
quingies C	500
ter L	150
no. 15 V	45
	1700

Casar mas, n Vn C Casar. Ut hoc C + Va VVL nova Veles,
~~non~~ + 161 Larva Deest, han C + 161 narva Dubl+